

status humiliationis & officii. Tale So-
phisma.

3. *Quicunq^z moritur, non est Deus:*
Christus est mortuus:
E. non est Deus.

Resp. Major est restringenda : *quicun-
que moritur, nempe totus, & secundum o-
mnem sui partem.* Qvod est falsum de fi-
lio Dei.

4. *Quicunq^z reliquit mundum, non est in
mundo:*

Christus reliquit mundum, Job. 16. 28.

E. Christus non est in mundo.

Resp. Sophisma est ἀσύφηλον à dicto secun-
dum quid, & major ita est limitanda : *Qui-
cunq^z simpliciter, & omni prorsus modo reli-
quit mundum, is amplius non est in mundo.*
Hac ratione minor est falsa, qvia Christus
hunc mundum saltem reliquit, qvoad ex-
ternam, visibilem & mundanam conver-
sationem ex proprietate corporis sui de-
pendentem,

5. *Quibus omnia licent, ii possunt impunè
peccare:*

Christia-